



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684**

23. Visitare an possit Episcopus loca exempta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QVÆSTIO XXIII.

Vifitare an pofit Epifcopus loca exempta.

SUMMARIUM.

- | | |
|--|---|
| 1. A potestate Pontificis nemo eximi potest. | 3. Alteri vero Prælato subiectos non vifitat. |
| 2. Epifcopus vifitat exemptos immediate Papa subiectos tanquam sancta Sedis legatus. | 4. Vifitatio & procuratio an & quando præfcribatur. |

1. Principes & reges quantumque exemptos & vifitari & ex causa à Pontifice deponi poffit: ex hiftoriis & facris Canonibus est plus satis manifestum *ca. alium 11. quæft. 6. c. in apibus 7. qu. 1. c. venerabilem de elect. c. licet de voto late Restaurus tract. de Imperatore q. 81 per tot. doctæ suo more Navarrus in repet. ca. novit nor. 3. nu. 5. de iudic. tom. 3. fol. 64.* Adeo ut Pontifex ab hac tua potestate neminem, ut supra aliquoties diximus, confueverit, aut poffit eximere *v. lib. 1. qu. 3. sub finem lib. 4. qu. 13. c. cum instantia ubi rex & Abb. in terminis de censib. Restaur. d. q. 81.*

2. An autem à vifitatione Epifcopi exempti liberentur supra quædam attigimus *li. 2. q. 45 casu 7.* quibus addo, Epifcopi esse vifitare loca exempta immediate subiecta Summo Pontifici tanquam Sedis Apostolicæ delegati *Cardinal. Clem. attendentes q. 6. & 7. de statu Monach. Concil. Trid. sess. 7. ca. 7. de refor.* Si vero sint exempta quidem à sua iurisdictione, sed subiecta alteri alicui prælato, Epifcopus non vifitabit nec iure delegato, nec ordinario, sed Prælati cui immediate subiecta sunt, quem supra diximus habere iura quasi Epifcopalia *lib. 4. qu. 20. glo. Clement. attendentes in verb. aliam Cardin. ibid. quæft. 6. 7. 8. & illas numer. 2.* Insuper hoc vifitationis, adeo est favorabile, ut nullo temporis curriculo præferri poffit ne Ecclesiæ vifitentur, aut ne procuracionem non solvant proprio Prælati vifitanti seu ut doctis sime scriptis Molina, non poffunt subditi præscribere aduersus Prælatum aut Epifcopum ut non vifitentur & ut vifitanti procuracionem non solvant *Molina de iustitia & iuro tom. 1. tract. 2. disputat. 89. fol. 358. A. item disput. 79. per ca. cum ex officij de præscript. cum instantia de censib. & dictum est supra lib. 3. q. 27.*

Licet alius Prælati præscribere poffit aduersus alium Prælatum, ut ad ipsam subditi talis Prælati pertineant & ut ab ipso vifitentur & ut ipsi procuratio non autem antiquo Prælati debeatur *ita Molina ubi supra per d. cap. cum ex officio ubi DD.*